V Paulominus. nichilominus. siquominus. duę partes sunt. quia sine ulla
sensus confusione interpositas aliis partibus intelligi possunt. ut paulo
enim minus. nichilo quoque minus. siq enim minus. V Uindico. aliquando sig-
nificat. optineo. Unde et uindicta dicebatur uirga qua serui
quondam percutiebantur. quando libertatem optinebant. Unde persius.
Uindicta postquam meus a pretore recessi. V Sub. praepositio inco-
positas mutat. b. in. c. sequente. c. ut succino. succubo. In. f. sequente
f. ut suffero. In. g. sequente. g. ut suggero. In. m. sequente. m. ut
summitto. In aliis manet. Nam sustollo componitur a sursum et tollo.
surgo a sursum et rego. sublimis a sursum et limo. sublevo a sursum
et levo. et plura alia quę a sub uidentur esse composita. Ob. praeposi
tio in compositis mutat. B. in. c. sequente. c. ut occurro. In. f. sequente
f. ut offendo. In. p. sequente. p. ut. t: ut oppono. op; tineo. In aliis
manet. ut obsequor. obruo. obnitor. obligo. V Omitto. per solum. o.
scribendum est. unde et corripitur. Unde ouidius. Aut ut spe deponas.
[illegible] artis illusus omittas. V Cieo. secunde coniugationis. cio. iiii.
quorum est significatio. uoco vel moueo. utriusque supinum. citum citum. sed differt.
quia citum. secunde coniugationis corripitur. iiii. producitur. unde inueniuntur accitus.
et excitus. secunde coniugationis penultima correpta. Accitus et excitus
penultima producta. iiii. coniugationis. ab eodem quod est secunde coniugationis. citus.
cita. citum. nomen deriuatur. et uerbum cito. as. cuius compositum excito
excitas. tamen. Antiqui componebant. cio. iiii. coniugationis. ex praepositione.
ad. d. in. t. mutantes. dicentes attio. quamuis tamen non sit in usu.
attio. et inde deriuatur aliud uerbum. Attesso. cessis. attessiui.
quod est uoco. Attesso tamen aliam significationem habet deriuatum a uerbo
arceo. ces. quod est cohibeo. Iuniores autem idem. cio. per ad. compo
nebant. loco. d. c. ponentes et dicentes accio. unde ipsi quoque
aliud uerbum deriuauerunt. accerso. iii. coniugationis. vel accersio. iiii. coniugationis.
unde secundum antiquos attesso. t. f. iuniores autem accerso. iii.
vel accersio. iiii. inueniuntur. Exemplum de suadeo. Ouidius metamorphoseos.
in libro. viii. Suasit amor facinus. proles ego regia nisi. Scilla.